

dad, que vaya a el a rescibir la penitencia que le mandare, o dar gela luego, qual entendiere que sea guiada, que la cumpla quando fuere sano. Mas si acaeciese, que a el non podiesse venir, devele mandar que vaya a otro, e que se le manifieste, como de nuevo, porque en todas guisas aya absoluiendo de sus pecados.

LEX XXXIX. — Infirmum in mortis articulo constitutum, absolvit sacerdos indistincte auctoritate Petri, et Pauli sibi commissa, injungens ei, ut ad eum si possit, cum evaserit, vel ad alium vadat, absolutionem petiturus. Hoc dicit.

(1) *Cierta manera.* Ortum habet ab his, quæ dixi supra, l. 23. in glos. super parte, *doliente.*

LEY XL. — De los bienes que los omes fazen estando en pecado mortal como aprouechan, o non.

Crear faze muchas vegadas a los omes necesidad, que por los bienes que fazen estando en pecado mortal, que pueden ganar Parayso por ellos; ondelos Santos Padres que fablaron en esta razon, dixerón: que los bienes que los omes fazen en este mundo, atales y ha dellos, que les tienen pro para ganar Parayso; assi como aquellos que los fazen non estando en pecado mortal. Mas todos los otros que fazen estando en el, como quier que non tienen pro para ganar Parayso derechamente, valen e tienen pro, porque les da Dios por ellos mas de los bienes temporales (1), e menguales las penas que aurian en este mundo (2); e ayudales mas ayna (3), para salir del pecado en que estan, e a ganar gualardon de Dios; e demas acostumbranse (4) a fazer buena vida.

LEX XL. — Bona per peccatorem peccato mortali alligatum facta, prosunt ei ad temporalia bona, ad minuendas penas istius sæculi, et ut citius veniat ad penitentiam, sed non ad consequendam gloriam. Hoc dicit. Et ortum habet ista lex a notatis per Glos. in cap. *potest. de penit.* dist. 1. et cap. *nilil.* cum glos. *de penitent.* distinct. 3. et per Glos. in cap. *quod. quidam. de penitent. et remissione* et Hostiens. in *summa* ejusdem tituli. versic. *et an fctè penitenti.*

(1) *Bienes temporales.* Vide in cap. *penitentium. de penitent.* dist. 3. et cap. *revertimint.* 16. quæst. 1.

(2) *Penas que aurian en este mundo.* Sed an valebunt in inferno, ut illic minus torqueatur, Glos. voluit, quod sic, in cap. *fin. de penitent.* distinct. 3. prout ibi videtur dicere Augustinus; quod tamen est erroneum; ut tradit Joan. de Medina, in suo tract. *de penitent.* 3. tract. vers. *ut cumque igitur*, qui intelligit August. in hoc sensu, videlicet, quod si peccator illa bona opera quæ fecit, non fecisset, si de præcepto scilicet, fuisset, ex consequenti acerbius fuisset punitus, quam ea faciendo.

(3) *Mas ayna.* Vide in cap. *falsas. in fin. de penitent.* distinct. 6.

(4) *Acostumbranse.* Vide per Hostiens. ubi supra, et Abb. in dicto cap. *quod quidam*, ubi et ponunt aliud, quod Diabolus non habet in eo tantam potestatem: adducunt illud Gregorii in Dialogo de Judæo, qui se monerat signo crucis.

LEY XLI. — Quales bienes son amortiguados por el pecado mortal, e se abiuán, despues que vienen a penitencia.

Muertos son los bienes que los omes fazen estando en pecado mortal, ca non se pueden en ellos saluar, para ganar Parayso, segun dize en la ley ante desta. Pero si alguno ouiesse fecho limosnas, o otros bienes, non estando en pecado mortal; si despues cayesse en el, amortiguansse por el aquellos bienes que ante auia fecho, e seran amortiguados todavia, en quanto durasse el pecado; pero saliendo del pecado, avivarse yan (1)

luego los bienes, porque los hizo antes que pecasse. Porende se deuen todos los Christianos esforzar, quanto mas pudieren, de non estar en pecado mortal, pues que los bienes que entonce fizieren, non les ayudarian a ganar el Reyno de Dios.

LEX XLI. — Bona quæ quis fecit, moriuntur postquam mortaliter peccat, neque sibi prosunt in alio sæculo; sed si peniteat et recedat a peccato, reviviscunt. Hoc dicit.

(1) *Avivarse yan.* Adde notata per Hostiens. in *sum. de penitent. et remission.* versic. *et an fctè penitenti*, ibi sed pone, quod aliquis existens in charitate; per quam etiam vide in versic. sequenti, quid de operibus factis in charitate, sed postea mortificatis per peccatum, neque postea resuscitatis per penitentiam, quod licet non proderunt ad vitam æternam (secundum illud: «Si avertit se justus a justitia, fecerit iniquitatem, nunquid vivet? Omnes justitiæ ejus quas fecerat, non recordabuntur. Ezech. cap. 18. v. 24.), proderunt tamen ad illa, de quibus supra in l. proxima.

LEY XLII. — En cuantas maneras facen bien los biuos que tienen pro a los muertos.

Rogar deuen a Dios los que biuen en este siglo por las almas de los finados; ca por los bienes que aquí fazen por ellas, aliuiales Dios de las penas a los que estan en el inferno (a) (1); e sacalos mas ayna del Purgatorio a los que y son, e llevalos al Parayso: maguer ellos en su vida non pudiessen complir las penitencias, que les dierón. E estos son de quatro maneras (2), assi como Sacrificios que fazen los Missacantanos, e las oraciones de los Santos, e las limosnas (3) de los amigos, e los ayunos de los parientes. E por esso fabla Santa Iglesia destas quatro maneras de bienes, porque a ellos conuienen estos, mas que otros. E los amigos destas cosas se deuen trabajar por ellos, porque son mas a pro de los finados (4), que de las sepulturas altas e pintadas que les fazen, e de las otras soberanias, que paresce que son fechas, mas por parescencia de los omes, que por pro de los finados: ca como quier que a los buenos non empesce, maguer los sotierren vilmente (5) sin las honrras deste mundo; otrosi non tienen pro a los malos las ufanias, nin los enterramientos preciados que les fazen.

(a) No solamente es errónea esta proposición, contraria á la doctrina general de los teólogos, como expresa el comentario, sino que no es lícito orar por los que se hallen en el inferno, porque están fuera de la comunión de los santos, y por lo mismo de nada les pueden aprovechar las oraciones: *in inferno nulla est redemptio.*

LEX XLII. — Minuunt penas purgatorii, ut citius quis perveniat ad gloriam sempiternam, sacrificia clericorum, orationes sanctorum, elemosynæ amicorum, jejunia propinquorum: magis igitur debent amici ista curare, quam pomposam sepulturam facere defuncto, quia sicut bono non nocet vilis sepultura, ita et malo non relevat pretiosa. Hoc dicit.

(1) *A los que estan en el inferno.* Sequitur opinionem illorum qui dixerunt, suffragia prodesse existentibus in inferno ad mitigationem pœnæ, de quo per Glos. in cap. *tempus* 15. quæst. 2. et in cap. *cum Martha*, in glos. *fin. de celebrat. Mis.* tradit latè Hostiens. in *summa de penitent. et remis.* charta 15. col. 2. et 3. versic. *quibus mortuis suffragia prosunt*, qui pro se adducebant dict. August. in dicto cap. *tempus.* Theologi tamen tenent, quod his qui sunt in inferno, nihil penitus ista suffragia prosunt, sed tantum his, qui sunt in purgatorio; et in istam sententiam Theologorum inclinat Host. ubi supr. dicens illam esse celebriorem et veriore, quam tenet Magister in 4. *sententiar.* distinct. 47. ex quo enim isti dece-

serunt extra charitatem, non possunt esse participes honorum Ecclesiæ: bene facit cap. *pro obeuntibus*, 15. quæst. 2. et *de penit.* dist. 2. cap. *fin.* et eandem sententiam tenet Archidiaconus in dicto cap. *tempus*, et Abb. post. Joan. Calder. in dicto cap. *cum Martha*.

(2) *Quatro maneras.* Concordat eum cap. *animæ defunctorum*, et cap. *non estimemus*, 15. quæst. 2. et Machabeor. 2. cap. 12. Sed pone, quod duo homines decesserunt, unus dives, pro quo multa fiunt suffragia, alius pauper, pro quo pauci, vel nulius especialiter cogitat, sunt tamen ejusdem meriti; quis exhibit primo de purgatorio? Host. in *summa de penit. et remis.* charta 14. col. 4. versic. *et nota quod quidem*, refert opinionem Hugonis dicentis, quod suffragia Missarum et Psalmorum, quæ communiter fiunt pro omnibus, communiter prosunt eis, *de consecr.* distinct. 2. cap. *non medio-criter.* Jejunia verò, et elemosynæ et orationes speciales pro divite factæ specialiter, eidem, pro quo specialiter fiunt, non alii prosunt, pro quo specialiter non fiunt, et sic citius exivit dives: refert alios dicentes, quod una eadem die exhibuit, quia opera charitatis sunt omnia hæc, quæ fiunt pro mortuis; unde is, pro quo specialiter fit, non sentit plus allevationis, quam alius; et in istam opinionem inclinat Host. nisi fortè quilibet eorum haberet de alieno centum libras, quas restituit divitis hæres, pauper autem non habuit quid restitueret; et ideò magis erit in purgatorio, ut sic restitutio, quam debuit facere, in penam aliam commutetur. Quid ergo valent specialia suffragia facta pro parentibus? Dicit Host. multum, ut tu qui filius hæres es, non damneris (nam ad hoc obligatus es quinque legibus naturæ, scripturæ, amicitie, justitiæ, et quia Judas Machabeus sic definiit in *colatione illa*; vide ibi latius per eum, qui dicit, ad quæ ista sex proficiunt: et tu videas per S. Thom. in 4. *sententiar.* distinct. 63. et *quodlibet* 2. quæst. 7. artic. 2. et quæ dico infra, ead. par. tit. 15. in *summa*).

(3) *Limosnas.* Et an potius sit danda elemosyna pro mortuis, quam pro vivis, tradit Luc. de Pen. in l. *fin. C. de annon. civil.* lib. 11. circa finem, cujus resolutio est, quod si quis videat proximum suum necessitati mortis expositum, aut turpitudini, veluti violentiæ castitatis, cui si non succurratur, mortem, vel stuprum incurreret, vel simillima, tunc vivus est in elemosyna mortuo præferendus; in aliis autem dicit ipse Luc. de Pen. quod ubi non est tanta necessitas, et dans elemosynam non est habilis ad subveniendum vivis, et mortuis ob facultates exiguas, tunc mortuus sit vivo præferendus, maximè si tales elemosynæ dandæ sunt pro amicum conjunctorum.

(4) *De los finados.* Curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis sunt vivorum solatia, quam subsidia mortuorum, cap. *animæ defunctorum*, 15. quæst. 2. ad ornatum tamen Ecclesiæ pertinet, quod sint tibi sepulturæ honorabiles. Et legatum ad hoc dicitur pius, Paul. de Castr. in l. 1. §. *de impensa. ff. ad leg. Falciid.* (a).

(5) *Vilmente.* Adde cap. *sacris*, in fine, *de sepult.*

LEY XLIII. — Como non tienen pro, mas daño, en facer duelo por los finados (a).

Gentiles fueron omes que ouieron creencias de muchas maneras. E muchos ovo dellos que creyan, que quando el home finaba, todo moria, el alma tambien como el cuerpo. E por esta desesperanza en que cayán, cuydando que ningun ome non resuscitaria, nin se saluaria; porende despreciaron las almas, e non se querian arrepentir, nin fazer penitencia de sus pecados, mas fazian grandes duelos (1), e desaguizados (2) por los muertos. Assi que algunos avia que non querian comer nin beuer, fasta que morian: e otros que se mataban con sus manos: e otros que tanto ponian el duelo en el corazon, que perdian el seso: e los que menos desto fazian messaban los cabellos, e tajabanlos, e desfazian sus caras, cortandolas e rascandolas: e en esta ceguedad les fazia caer el diablo, trayendolos a desesperança. Mas nuestro Señor, queriendo sacar á los

(a) Véase la LL. del tit. 15 de las sepulturas, en esta Partida.

omes deste yerro, defendiolo en la vieja Ley, quando dixo a Moysen e le mostro, que auia Parayso para los que ficiessen bien, e Infierno para dar pena a los malos: e que todos resuscitarián el dia del juycio. E porende vedo, que todos estos duelos non los fiziessen en la manera que las otras gentes lo usauan fazer, e nin desfeassen la figura del ome apuesta, que el fiziera. E despues desto, quando vino nuestro Señor Jesu Christo, que tiro deste mundo los yeros e las ceguedades, en que los omes buian, defendio otrosi en la Ley nueva, que non fiziesen duelo por los muertos. E esto fue quando resuscito al hijo de la viuda (3), que dixo (4), que non llorassen por el: e otrosi, quando resuscito a la hija del Principe de la Sinagoga, que mando que echassen de la casa, do yaziá muerta, todos los que fazian duelo por ella, e non la quiso ante resuscitar: e por esto nos dio a entender, que a el non plazia de los duelos, que non se aprouechauan dellos las almas de los muertos; mas los bienes que fazian por ellos, tenían pro a los unos e a los otros. E despues los Santos Padres (5), que ordenaron muchos bienes en Santa Iglesia, establecieron otrosi, que non fiziessen duelo por ellos, e vedaronlo muy afincadamente, porque viene dello gran daño sin pro. E por eso dixo el Apostol San Pablo (6), que non se entristeziesen por los que finaban, como fazian las otras gentes que non auian esperanza de resurreccion. Ca los que finan, non se pierden, segund la Fe Catolica; mas son tales como los que passan de un logar a otro: que los que fazen bien, van a Parayso, e todos los otros van a pena de Purgatorio, o de Infierno.

(a) L. 7, tit. 1, lib. 1 del Ord. R. — L. 9, tit. 4; L. 2, tit. 3, lib. 1; L. 2, tit. 13, lib. 6 de la N. R. — Estas leyes prohiben las demostraciones demasiado imprudentes que antiguamente se verificaban en algunos duelos, y ya no se acostumbra. Por tanto se hallan en desuso las citadas disposiciones y las penas que establecen; y aunque la L. 2, tit. 13, lib. 6 de la N. R., tambien mencionada, expresa las personas por quienes solamente permite llevar luto, deberémos advertir que tambien en esta parte ha caudado, y únicamente la opinion pública ó la costumbre y aun la moda suele regular el tiempo del luto y designar las personas por quienes deba llevarse. Sin embargo cuando muere el Rey ú otras personas reales, el gobierno manda que se lleve luto por el tiempo y por las personas que determina.

LEX XLIII. — Verè fideles Christiani non debent plangere pro mortuis, sicut gentiles, qui non sperabant resurrectionem mortuorum. Hoc dicit.

(1) *Grandes duelos.* Rectius faciebant illi populi, qui ortus hominum iugebant, obitusque celebrabant, ut refert Ambros. in *oratione de fide resurrectionis*, cap. 2.

(2) *Desaguizados.* Luctus tamen, qui fit pietatis affectu, humanitatis intuitu erga mortuos, non prohibetur: sicut nonnullos, sanctorum exequis piis lacrymas impendisse legitur, cap. *ubicunque*, 15. quæst. 2. et Ecclesiast. cap. 38. v. 16. «Fili, in mortuum producit lacrymas, et quasi dira pasus incipe plorare, et secundum judicium contege corpus illius, et non despicias sepulturam illius; et ibidem: «Fac luctum secundum meritum illius, uno die, vel duobus propter detractionem»: unde isti lugentes mortuos ex pietate naturali sunt consolandi, non increpandi, ut tradit S. Ambros. super *Psalm.* 57. pen. chart. col. 5. cum dicit: Cum vis urget doloris, præmitur cor mulieris, quæ immaturo obitu maritum amisit, aut filios, quid properas cum illa, non te audiet, nisi deferrescat dolor: sæpè lites de consolationibus videmus excitatas, venisti tu



doleas, non ut litiges, ne in luctu alterius certamen garrulae disputationis inducas, ne non accedas, cum oportet ne accedas, et durior sit tuus sermo; adde etiam B. Greg. lib. 3. *Moral.* cap. 8. et 13. lib. cap. 2.

(3) *Al fjo de la viuda.* Luc. 7. cap. v. 13.

(4) *Dizo.* Luc. *ibidem.* Matth. 9. v. 23.

(5) *Los santos Padres.* Vide in cap. *quam præposterum*, et cap. *ubicumque*, cum sequent. 13. quæst. 2.

(6) *Sant Pablo.* 1. ad Thessal. cap. 4. v. 1.

LEY XLIV.—Que pena han, segund Santa Iglesia, los que fazen duelo por los muertos (a).

Romper las caras (1) por los muertos e desfigurarlas, es cosa que touo Santa Iglesia por muy desaguisada. E por esta razon algunos Santos Padres (2) pusieron penas señaladas contra aquellos, que tales cosas fiziesen; defendiendo que les non diessen los Clerigos los Sacramentos de Santa Iglesia, nin los rescibiesen en ella a las Horas, fasta que fuessen sanos de las señales que ouiesen fecho en sus caras, e fziessen penitencia dello, fueras si gelos ouiesen a dar en grande enfermedad, o en otra cuyta, porque estouiesen en hora de muerte; ca en tal sazón non los deuen vedar a ningún Christiano. Otrouos mandaron, que quando los Clerigos adoxiessen la Cruz a casa donde estouiesse el muerto, o en la Iglesia, que non diessen bozes (b): e si oyessen que dauan gritos, o endechassen, que se tornassen con la Cruz, e que non entrassen en la casa. E sin todo esto establecieron, que quando tuuiesen el muerto en la Iglesia, que non fziessen ningún ruido, porque dexassen de dezir la Missa; ca todos deuen callar allí, e rogar a Dios, e escuchar las oraciones que los Clerigos dicen, esto es, porque ninguno non deue estoruar el diuinal Oficio, mayormente quando dixeren la Missa, e consagran el Cuerpo e la sangre de nuestro Señor Jesu Christo: ca tan noble e tan santa es esta, que todas las otras deuen dexar por ella: e el que contra esto alguna cosa fiziere, deuenlo echar de la Iglesia, sin pena ninguna, quier sea Clerigo, o lego. E aun mandaron, que si en louandole a la Iglesia, o a la huesa, lo fziessen, que los Clerigos dexassen de soterrarlo, fasta que callassen. E aun touieron por bien, que qualquier que bessase al muerto, o se echasse con el en el lecho, que ayunasse ocho dias a pan e agua, e non le rescibiesen en la Iglesia por vn mes, e defendieron otrouos, que quando touiessen el finado en la Iglesia, que le non touiessen la cara descubierta; e esto, porque los omes en mirandolo, no se mouiessen a piedad de manera que ouiesen de fazer grand duelo por ellos.

(a) Véase nuestra nota á la ley anterior.

(b) *Que non diessen bozes.* Por la mala construccion que en este período se advierte, parece que estas palabras se refieren á los clérigos; mas no pueden ménos de referirse á los dolientes, á quienes estas leyes trataron de prohibir las exageradas e imprudentes demostraciones que se practicaban en lo antiguo.

LEY XLV.—Rumpens faciem pro mortuo, donec sit sanus et peniteat, non recipiet ecclesiastica sacramenta, nisi in mortis articulo, neque in diuinis Horis intererit, et clericus neque ducant ad Ecclesiam, neque sepeliant cadaver, donec clamor cesset. Si quis autem dum in Ecclesia diuina celebrantur pro defuncto, planctum

emitat, ejicitur impune ab Ecclesia. Cubans cum cadavere, aut osculans illud, jejnet octo dies in pane et aqua, et intra unum mensem Ecclesiam non ingrediat: neque defuncti facies sit in Ecclesia detecta. Hoc dicit.

(1) *Las caras.* Archid. in cap. *qui diuina*, 13. quæst. 2. refert. Lauren. dicentem, quod laici, dilaniando se, et facies insecando, ut faciunt Romanæ, non peccant mortaliter, dum tamen hoc non faciunt ex desperatione: unde Episcopi secundum eum non debent prohibere sub excommunicatione, sed dissuadere, et dicere quod ita plorare non debent, quia videtur desperare; religiosi tamen peccarent mortaliter, si se dilaniarent, maxime si publice; sed tamen dolere, et plorare possunt sine peccato mortali ex pietate, et simpliciter transit Archid. ad.

(2) *Santos Padres.* Non memini vidisse unde hoc sit sancitum, neque unde hæc sumpserunt conditores hujus legis: fortè ex aliquibus Conciliis; quia in voluminibus Decretorum et Decretalium Sexti, et Clementinarum, hæc non habentur, si bene memini, et tamen habetur circa hoc, quod habetur in dict. cap. *qui diuina*, et cap. *quam præposterum*, et tradit Abb. in rubr. *de sepult.* in fine; et vide contra istos se dilaniantes, et reprobos planctus facientes erga defunctos, l. 7. tit. 1. lib. 1. *Ordinam. reg.*

LEY XLV.—De las solturas: en quantas maneras las haze Santa Iglesia, e a quales aprovechan, e quales non.

Solturas haze Santa Iglesia de dos maneras. La vna dan los Clerigos (1) en las penitencias a los que se confessan a ellos: e la otra dan los Arzobispos (2) a los que han menester ayuda para las Iglesias fazer, o para consagrarlas, o para puentes, o para otros bienes: e los perdones que los Obispos dan, valen a los de cada vn obispado los de su Obispo, mas non a los de los otros, fueras ende, si gelos otorgasse el Obispo (3) de aquel logar, do da el perdon. E los que dan los Arzobispos, valen otrouos a todos los de su prouincia (4). Mas los que da el Papa valen por todo el mundo (5). Pero cuando algun Arzobispo, o Obispo, quisiere dar perdon, non lo deuen dar si non de cuarenta dias (6); fueras ende, quando consagran Iglesia, ca pueden dar vn año, e non mas, quier sea vno o muchos (7). E todos estos perdones que los Obispos, e los otros Perlados mayores dan, ansi valen como ellos los otorgan. Ca en qualquier manera que home faga enmienda de sus pecados (segund lo manda Santa Iglesia), es quito dellos: e los que la Iglesia absuelue, son absueltos: e otrouos los que liga son ligados, por el poder que nuestro Señor Jesu Christo le dio.

LEY XLV.—Indulgentias spirituales concedit Papa per totum mundum, et Archiepiscopi, vel Episcopi, quilibet in sua diocesi, non autem aliena, nisi Diocesani accedat voluntas: alii prælati non possunt nisi pro qualibet vice 40. dies indulgentiæ, nisi in Ecclesiæ consecratione, ubi quilibet eorum unum annum dare potest, etiamsi multi prælati sint indulgentes. Hoc dicit.

(1) *Los Clerigos.* Dicit Host. in summa, tit. *de remis.* versic. *qui remittit*, quod sacerdos remittit satisfactionem de peccatis, vel in totum, vel in partem, quoad offensionem Dei et Ecclesiæ, licet oneret se, si incaute hoc agat, et limita et intellige, ut dixi supra, eod. l. 25.

(2) *Arzobispos.* Vel Episcopi, ut subdit; per inferiores verò non possunt concedi, etiam si Abbates sint, cap. *accidentibus*, *de excessibus prælat.* et electus in Episcopum et confirmatus, licet non sit sacerdos, neque consecratus, concedere potest indulgentias, secundum Abb. referentem S. Thom. in dicto cap. *accidentibus*: de Legatis Papæ, in terminis suæ legationis, vide in cap. *de offic. legati*, in test. et gloss.

(3) *El Obispo.* Vel alios iudex ordinarius loci, si sit exemptus, argum. cap. *quod autem*, *de penit. et remis.* inò aliqui voluerunt

sufficere consensum proprii sacerdotis parochialis, ut tradit Specul. tit. *de penit.* et *remis.* vers. *item si de pluribus*; qui tamen tutius dicit esse de consensu proprii Episcopi.

(4) *De su prouincia.* Adde cap. *nostro*, *de penit. et remis.*

(5) *Por todo el mundo.* Cap. *cuncta per mundum*, et cap. *per principalem*, 9. quæst. 5.

(6) *Quarenta dias.* Adde cap. *cum ex eo*, *de penit. et remis.* et isti dies non sunt dies Cæli, seu Purgatorii, sed mundi: unde remissio quadraginta dierum tantum valet, quantum si quis 40. diebus faceret penitentiam, secundum communem juris, vel sacerdotum, vel iustitiæ diuinæ impositionem factam, vel faciendam, intelligendo quod ista taxatio fiat secundum diuinam iustitiam, principaliter; secundum canones verò ad arbitrium sacerdotum, secundo, in quantum taxant secundum iustitiam Dei, non declinando ad minus, quia valerent plus, neque excedendo in plus, quia valerent minus, sicut poteris videre latius per Theologos in 4. *sententiar.* distinct. 20. per Sylvestr. in summa, in verbo, *indulgentia*, vers. 4. *queritur*.

(7) *Muchos.* Vult quod si plures Episcopi sint in dedicatione Ecclesiæ, tantum sit unus annus; et si unus Episcopus tantum sit, ille potest dare annum, ut patet in cap. *cum ex eo*, §. *ad hæc*, *de penit. et remis.*

LEY XLVI.—Que pro viene a los omes de los perdones que les dan.

Perdones, e solturas muy grandes otorga Santa Iglesia a los Christianos (1), segun dize en la ley ante desta. E porque muchos omes dubdan en ellos, e non saben el pro (2) grande que viene ende, touieron por bien los Santos Padres de lo mostrar. E dixeron, que cada uno de los Christianos, cada vez que confessan sus pecados verdaderamente, e les mandan aquellos á quien se confessan, en que manera fagan enmienda dellos; quantos dias les otorgan de perdon, a tantos les aliuia, e les mengua de los pecados nuestro Señor Jesu Christo, de aquella penitencia que ha rescebida, e que era tenuto de complir en este mundo, e en el Purgatorio (3). E esto se entiende de los que vienen en penitencia, quando ellos otorgan los perdones, o lo fazen lo mas ayna que pueden, despues que gelos han otorgado. Ca tan grande fue la piedad de nuestro Señor Jesu Christo, que ouo de los pecadores, e la merced que les quiso facer, que maguer ellos en este mundo non pudiesen complir las penitencias, que se non perdiesen por ende, solamente que non muriesen en pecado mortal.

LEY XLVI.—Prodest indulgentia, quia quotquot dies indulgentiæ conceduntur, tot ex Jesu-Christi misericordia his, quibus indulgetur de peccatis suis, in hoc sæculo vel purgatorio remittuntur; dum tamen diligenter penitentiam adimplendi non deficiat: et licet quis non impleat penitentiam deficiat, non erit ideò perpetuò damnatus. Hoc dicit.

(1) *A los Christianos.* Existentibus in mortali indulgentiæ non valent quantum ad remissionem pœnæ, secundum omnes: et adverte, quod etiam religiosi prosunt indulgentiæ, si obseruent tenorem bullæ, ut scilicet de licentia prælatorum suorum dent aliquid vel faciant, quia non sunt peioris conditionis quam alii; non tamen per ea remittuntur imposita in foro capituli, quia illud non est penitentiale, sed iudiciale: neque tamen oportet religiosos exire claustra pro indulgentiis, licet illæ plus valeant quoad remissionem culpæ, quam obseruantia; e contrario tamen est quoad acquisitionem præmii, secundum S. Thom. et tradit Sylvestr. in summa, in verbo, *indulgentia*, versic. *septimò queritur*: prælato tamen, qui illas concessit, etsi faciat id propter quod concessit, non valent, secundum Vincent. in cap. *cum ex eo*, *de penit. et remis.* et recitans eum simpliciter transit Joan. Andr. et idem Archid. in cap. *fin. de penit. et remis.* lib. 6. ubi Dominic. refert Gaspar Cald. in repetit. cap. *nostro de penit. et remis.* dicentem, quod pater suus,

in dicto cap. *cum ex eo*, tenet opinionem Sancti Thom. in 4. *sententiar.* dist. 20. quæst. 4. artic. 5. ubi dicit, quod indulgentia datur auctoritate jurisdictionis, et administrationis generalis, quam habet, et per quam potest dispensare thesaurum Ecclesiæ; ergo postquam possit indulgentiam generalem, poterit illa uti, et idem vult Dominicus in dicto cap. *fin.* et ista videtur verior opinio, et quæ tenetur per Theologos.

(2) *Pro.* Ad quid prosunt indulgentiæ? Glos. in cap. *quod autem de penit. et remis.* ponit multas opiniones, ponit etiam Host. tit. *de remis.* versic. *ad quid valent*, tradit etiam S. Thom. in 4. *sententiar.* dist. 2. artic. 5. quæst. 1. Generalis conclusio Theologorum, et Canonistarum est, quod valent quantum ad forum Ecclesiæ, et quantum ad forum Dei ad remissionem pœnæ residuæ post contritionem, confessionem et absolutionem, sive sit injuncta pœnitentia per sacerdotem, sive per canones, sive non sit injuncta ab eis, sed à Deo injungenda: ita tenent Theologi in 4. *sententiar.* dist. 20. Joann. Andr. Abb. et alii, in dicto cap. *quod autem*. Prosumt igitur indulgentiæ (prout verba sonant) quoad Deum, et quoad penitentiam hic injunctam, et probatur in cap. *cum ex eo*, *de penit. et remis.* et idem tenet Host. in dicto versic. *ad quid valent*. Cum enim Papa vocatus sit in plenitudinem potestatis, cæteri autem in partem solitudinis, cap. *ad honor. de auctorit. et usu pallii*, cap. *qui se scit*. 2. quæst. 6. non est tutum contra talem potestatem clauium disputare. Abulens. Matth. cap. 16. quæst. 50. dicit, quod in concessionibus indulgentiarum, in quibus exprimitur quantum posse debeant, ut quia dicit plenaria remissio, vel quarta, aut quinta pars peccatorum, id est, pœnæ debitæ pro peccatis, vel duo, aut tres anni, aut septem dies, et ita de aliis concessionibus, quod solet dici, quod istæ indulgentiæ tamen prosunt quantum sonant, et quod intelligatur quoad pœnam purgatoriam. Si ergo Papa faciat generalem remissionem pro subsidio Terræ Sanctæ, et aliquis verè pœnitens, et contritus assumit crucem, credens firmiter omnem sibi satisfactionem temporalem remitti, et sic moritur, credendum est, quod neque Purgatorium sentiet, secundum Host. ubi supra. Est enim in Ecclesia thesaurus sanguinis Christi, et multorum sanctorum qui satisfecerunt plus quam debuerunt, et multorum sanctorum martyrum, qui pro fide in Ecclesia sanguinem suum fuderunt, et ultra quam peccasset, punitti fuerunt. Thesaurus ergo iste est in scrinio Ecclesiæ repositus, cujus claves habet Ecclesia: unde quando vult potest scriinium aperire, et thesaurum suum communicare, remissiones et indulgentias fidelibus faciendo, secundum Host. ubi supra, et etiam secundum S. Thom. in 4. *sententiar.* dist. 2. quæst. 1. artic. 5. et nota, quod si visitanti aliqua Ecclesiam datur indulgentia centum annorum, vel aliam, quod vicini Ecclesiæ, imò et clerici illius consequuntur, visitantes tamen quantum illæ, qui venit à mille dietis: quia remissio non proportionatur labori, sed meritis, quæ dispensantur, secundum S. Thom. 3. part. quæst. 114. artic. 2. et Luc. de Pen. in l. *modios*, col. 2. in fin. *C. de suscept. præp. et arcar.* lib. 10. et ibi, quod visitans consequitur semel hanc indulgentiam, non quotiescumque visitaverit, nisi in aliqua Ecclesia sit indulgentia perennis, ut in Ecclesia sancti Petri 40. dierum, tunc quotiescumque aliquis vadit, toties indulgentiam consequitur: vide Luc. ubi supra.

(3) *En el Purgatorio.* Et etiam quoad Ecclesiam militantem per indulgentiam pœnitentiæ injunctæ remittuntur, ut patet in dicto cap. *cum ex eo*, §. *ad hæc*, *de penit. et remis.* consulit tamen Host. ubi supra in dicto vers. *ad quid valent*, quod is, qui tales remissiones acquisiuit, non utatur eis in hac vita, sed reservet in purgatorio: quamvis enim non teneatur hic de necessitate facere penitentiam injunctam jejuniis, vel aliis; quia qui per remissionem es hujusmodi, etiam si indiscretè fiant, satisfactiones tamen penitententiæ eneruantur, secundum Concilium generale in dicto cap. *cum ex eo*; tamen quia nescit pœnitens utrum sacerdos ei injunxerit penitentiam, quam debuisset (quæ hodie vix imponitur) cum pro quolibet peccato mortali septennis pœnitentia regulariter debeatur, et id quod non est purgatum in hac vita, debet purgari in Purgatorio, fatuus et simplex est, qui ibidem hujusmodi indulgentias non reservat, cum si ipsas sibi reservaverit, tot diebus, quot ei hic remissi sunt, sit minus in purgatorio quam fuisset: et gratiosior sit ibi penitentia unius diei, quam hic centum. Quod et dicit intelligendum de remissionibus particularibus, quæ fiant per Papam et alios inferiores, dicentes, tantum de injuncta pœnitentia relaxamus, secus de generali et universali, per quam omnis satisfactio remitti-